Ἔτι κεφαλαιώσομαι καὶ ὅτι ἀεθλεύσαντες μακρὰ καὶ²⁰
 ἐκεῖ, μόλις μετὰ καὶ ἡμέρας μετρίας τῷ τοῦ ἁγίου οἴκῳ
 ἀποκατέστημεν· καὶ ὅτι εὐρόντες ἐκεῖ φῦλα Λατινικά,
 καὶ ἑτεροίων δὲ ἀνθρώπων γέμοντα ἰδόντες τὰ τε ἄνω τὰ
 τε κάτω, ἐξ ἀνάγκης ἐγενόμεθα τοῦ κατὰ τὸν οἶκον κηρι-

saevire cognovimus. itaque quum quaesivissemus, quid causae esset,
 cur occidendi videremur, primum etiam vehementius exacerbatus, re-
 spondit, si ipse statim ab initio nos invenisset, non iam nobis caput
 salvum futurum fuisse, deinde causas, cur odio nos haberet, expli-
 cans, doctrinam suam eo deduxit, ut nos adversus deum perfidos,
 quippe fidos Andronico diceret: contra quae nos tecte disputando et
 varia cum illo loquendo fabulandoque (carum enim nobis caput erat)
 aegre tandem ita mitigavimus hominem ferocem, ut amplecteretur nos
 et manum deosculatus discederet.

Ita noctem quietam tum ipsi nacti sumus, illius facibus nugisque
 liberati, tum captivi ceteri nobiscum cubantes in aedibus Comneni-
 ibi cum sociis captivitatis dies aliquot versati et nonnihil sustentati
 cibo, a quodam domesticorum adeo numis aeneis donati, quo dono
 tum divitias Croesi nacti nobis videbamus (misereatur utinam vicis-
 sim illius hominis deus), postremo ad contos, sive, ut usitatus di-
 cam (odi enim sermonis nimiam barbariem), comites deducti sumus.

Memorabo hoc quoque tribus, verbis, multa illic quoque perpressos
 nos vix tandem post aliquot dies in aedes sancti nostri restitutos

δίου, καὶ ἐπιδόντες ἑαυτοὺς πεσσουλίῳ τοῦ ἐκεῖσε βραχυτά-
 του λοστροῦ ἐκείμεθα, χόρτον ἄμικτον ὑποβεβλημένοι· καὶ
 ὅτι ὀκτῶ μετρήσαντες ἡμέρας, ἐν αἷς ἄρτον ἀκραιφνή οὐδὲ
 εἶδομεν, ἀλλὰ τοῖς ἐκ πιτύρων ἐγκρυφίαις ἐχρεωκοποῦμεν τὸ
 5 τῆς γαστρὸς λίχρον, καὶ οἴνου δὲ μηδὲ μύρισμα εὐτυχήσαν-
 τες, μετ' αὐτὰς καὶ οἴνου ψευδωνύμου ἡρέμα καὶ ὡς ἀλη-
 θῶς κατὰ σιγάλλα μετέσχομεν, καὶ ἄρτου δὲ ζυμίτου, καὶ
 ἄλλων δὲ τινων· καὶ ὅτι οὐδὲ τὸ κηπίον εἶχε λιμὴν ἡμῖν
 γενέσθαι τοῦ Λατινικοῦ κλύδωνος. καὶ εἰ μὲν δένδροις ἡχ-
 10 ρειοῦτο, καὶ μάλιστα συκαῖς, ὧν καὶ ἄωρος ὁ καρπὸς παρη-
 νομεῖτο τοῖς ὠμησταῖς εἰς ἔμβρωμα, ἔτι δὲ καὶ πρασιαῖς, ἃ
 δὴ φίλτατα ἡμῖν ἔφυσαν, ἄλλη τοῦτο λύπη τοῖς γε φιλοτοι-
 οῦτοις· ὅτε δὲ καὶ τὴν ὑποποδιαίαν ἡμῖν ἡχρεῖον τράπε-
 ζαν, ἀλλ' ἐκεῖνο οὐκ ἔχω φράσαι ὅπως ἂν φέροι τις ἀπαθῶς.
 15 ἐκαθήμεθα μὲν γὰρ ὀμιλαδὸν οἱ πτωχοὶ σύσσιτοι, τοὺς πιτυ-
 ρίας προβεβλημένοι πρὸς τροφήν· οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἀφέντες
 κείρειν τὰ ἐκ τῆς γῆς, οἷς ἔχαιρον ἐμφιλοχωροῦντες ἀεὶ τῷ
 κῆπῳ, ἐσκευαῖζοντο καθ' ἡμῶν· καὶ ἐγγίσαντες, εἶτα στραφέν-
 τες καὶ τὰ περὶ τὴν ἑδραν γυμνώσαντες καὶ εἰς ἔκκρισιν ὑφι-
 20 ζήσαντες κατεστοχάζοντο ἐξ ἐναντίας ἡμῶν ἀποκοντοῦν τὰ
 περιττὰ τῆς γαστρὸς, ἐνύσκόμενα καθ' ὕδωρ διὰ τὰς ὀχετη-
 γοὺς σταφυλάς. καὶ ἐποίουν οὕτω. καὶ οἱ μὲν μεθ' ἡμῶν

esse: cuius tamen et inferiorem et superiorem partem a Latinis occu-
 patam et aliis refertam hominibus invenimus, concessimusque neces-
 sitate coacti in hortulum domui contiguam, sedemque nacti in atrio
 balnei perexigui, quod ibi est, procubimus, mero foeno substrato;
 atque diebus octo transactis, quibus furum panem ne videremus qui-
 dem, sed frustulis e furfuribus sub cinere coctis ligurientem compe-
 sceremus ventrem, vini vero ne odorem quidem haberemus, tandem
 aliquid nomen vini ementiens quiete et revera guttatim combibimus,
 panem quoque fermentatum et alia quaedam nacti. ceterum ne hor-
 tulum ille quidem nobis a fluctibus Latinis tutus erat. quodsi
 arbores laedebantur, fici maxime, quarum etiam immaturi fructus a
 feris istis hominibus absumebantur, aut areae olitoriae, quae carissimae
 nobis erant, ea quidem res illos sane affligebat, qui talia amant; sed
 quum etiam pedibus substratam mensam deleverunt, id vero nescio
 equidem quomodo quis aequo animo ferre potuerit. considebamus
 enim tenuis coenae socii, furfureo pane, quo pasceremur adposito,
 quum homines isti agrestes fructus, quibus delectati semper hor-
 tum obibant, carpere desiderunt, et adversus nos se instruxerunt.
 prope ad nos accesserunt, deinde conversi, nudatis natibus, consede-
 runt ad exonerandam alvum, locum nobis oppositum captantes, quo
 egerent supervacanea ventris, aquae instar propter leves uvae profiu-

βδελυττόμενοι, ὡς ἔδει, τὸ μυσαρὸν διερρήγνυντο θυμῷ, καὶ κατηκονῶντο ἀτίμως ἀπαγαγεῖν τοὺς — εἰ χρὴ Ἑλληνικῶς προσρηθῆναι — Ὀζόλας· ἡμεῖς δὲ ἐπείχομεν τοῦ ἔργου, κρίνοντες ὡς οἱ ἁμαρτιῶν βορβόροις ἐγκαλινδύμενοι καὶ τοιούτων ἀποβαίνουσιν ὀδμῶν ἄξιοι. 5

Προσθήσω ταῖς κεφαλαιώσεσι ταύταις καὶ ὡς ἡ ξηρὰ κοίτη, ἐπὶ πλέον παραμείνασα, ὀψέ ποτε ὑπὸ θεοφιλῶν ἔξε-
θεραπεύθη ἀνδρῶν, ὥσπερ καὶ ἡ γυμνικία, ὧν οὐχ ἡμεῖς
δαψιλῶς εἶχομεν μόνοι ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ μεθ' ἡμῶν· καὶ
ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν παρηγάγομέν τι κέρδους, αἰμύλα ¹⁰
κωτίλαντες καὶ βαθέα· ὧν οὐκ ἂν ὠκνησέ τις μεμνησθαι
διὰ τὸ ὑπογλάφυρον, εἴπερ ἦν καιρὸς ἐνταῦθα περηγηθῆναι
καὶ αὐτά. καὶ ἀφαίρεμα μὲν τι τῶν ἐξ ἡμῶν (ἡμίονον θε-
τέον εἰπεῖν ἢ βίβλον μίαν γοῦν ἢ στρώμα ἢ ἄλλο τι τῶν
ἡμετέρων) ἐκσπάσαι τοῦ κατ' αὐτοὺς χάους οὐκ ἔσχομεν, ¹⁵
χρυσίους δὲ πεντήκοντα ἐπορισάμεθα, οὐ πάντη φορμίσαν-
τες ἀδώρητα· ὅθεν ἡμῖν ἡσυχαία τις ἀνάστασις τοῦ κατὰ
παντελεῆ πτωχείαν γέγονε πτώματος, τοῦ μυροβλύτου καὶ ἄλ-
λοῖαν ἐπίρροϊαν πυντοίαν πλημμύροντος καθὰ καὶ ἐξ ὠκα-
νοῦ τινός, ἀφ' οὗ καὶ ἡμεῖς ἐζήσαμεν καὶ τὸ τῆς πόλεως δὲ ²⁰
ἅπαν περιλειπόμενον. οὐκ ἂν γὰρ τις ματαιωθείη καὶ εἰς
Ἰουδαϊκὴν ἐκκυλισθείη ἀχαριστίαν, ὡς τολμησαὶ προενεγκεῖν

entia. hoc illi faciebant; socii autem nostri, indignati, ut par est, turpitudinem istam, ira rumpebantur conabanturque contumeliose abigere istos — ut Graece dicam — Ozolas: a nobis tamen prohibiti sunt, quippe qui ita existimaremus, qui in stercore turpitudinis volutantur, eos etiam tali odore dignos fieri.

Addam his strictim commemoratis illud quoque: quum satis diu in dura terra cubuissimus, sero tandem a piis hominibus cubili isti consultum esse, pariter atque nuditati nostrae, ita ut non solum ipsi, sed etiam omnes socii nostri abunde omnia haberemus; deinde etiam ab hostibus nonnihil beneficii nos obtinuisse, suavia et blanda fabulando: quae quis commemorare haud differret propter subtilitatem, si oportune hic commemorarentur. nihil quidem, quod nobis surreptum esset (velut mulum vel unum certe librum vel tegetem vel aliud quid rerum nostrarum) extrahere ex illorum faucibus potuimus, sed numos aureos quinquaginta adepti sumus, non prorsus frustra a nobis cantata cantilena: unde placida nobis contigit e nimia inopiae infirmitate restitutio, quum etiam sanctus, qui unguenta exsudat, aliam variam tanquam ex oceano quodam copiam subveheret, unde et ipsi vitam sustentabamus et quidquid civium reliquum erat. neque enim quisquam adeo temerarius fuerit et ad Iudaicam prolabatur turpitu-

τῶν χειλέων ἀκερδῆς ἐκ τοῦ μυροβλύτου ἀπεκβαίνειν τὰ τε εἰς τροφήν καὶ λοιπὰ δέ τινα.

Καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν παρεκβεβάσθω συμμέτρως καὶ οὐδέ πάνυ ἔξω τοῦ δέοντος· οἱ δὲ βάρβαροι πληρώσαντες τὴν πόλιν ὄλην, ἐξ αὐτῶν τῶν ἐφῶν πυλῶν ἀρξάμενοι, ἐθέριζον τοὺς καθ' ἡμᾶς, καὶ συχνὰ ταῦτα δράγματα ῥίπτοντες σωροὺς ἐστοίβαζον, ἐξ ὧν Αἰδης φιλεῖ σιτούμενος. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τῶν ἀμφοδῶν φεύγοντες ἔπιπτον περὶ αὐτάς, καὶ ἅμα ἐγυμνοῦντο σκυλεθόμενοι· καὶ οὕτως αἱ ἀγνυαὶ εἰς οἰκτρὰ ἐσχιδιάζοντο πολυάνδρια, ἡλίου ἐφορῶντος ἃ μὴ ἔπρεπεν. οἱ δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις παρέμενον αὐταῖς εἰς ἀδιεξόδευτον· καὶ οὐκ ἦν εὐρέσθαι οἰκίαν ἢ οἰκῶν ἄνθρωπος ἠλεήθη, πλήν εἰ μὴ ἄρα πλήθος εἶχεν ὁ οἶκος. ἐκείνου γὰρ οἱ μὲν τινες ἔπιπτον ἔσω, οἷς καὶ ἦσαν αἱ οἰκίαι αὐτῶν τύφοι αὐτῶν, παρθεῖναι τὸ ψαλλόμενον· οἱ δὲ διεκχυθέντες εἰς φυγὴν τῆ τοῦ πολέμου τύχῃ ἐπεδίδοντο. καὶ τέως μὲν ἀπλοῖ ἔκειντο οἱ ῥιπτόμενοι· μικρὸν δὲ ὅσον τῶν πολεμίων ραισάντων τῆς ἄγαν ἐντρεχειας, καὶ ὑποπαιζόντων πικρότερον κατὰ γαίας, ὃ δὴ λέγεται, κωφῆς, καὶ ἕτεροῖα νεκριμαῖα ἐπέκειντο, καὶ ὁ μὲν τις νεκρὸς ἄνθρωπος ὄνῃ κειμένῳ συνεδνάξεται, ἕτερος δὲ κύνα εἶχε συμπαρακείμενον. καὶ τούτων τὰ πλείω καταπεπαιγμένα ἦσαν ὡς εἰς διάθεσιν συμπλοκῆς καὶ φιλήματος. ἄλλος ὁμοῦ ἦν αἰλούρω κατοικιδίῳ. οὐδὲ τοιούτων γὰρ τὸ

dinem Ingrati animi, ut dicere audeat, inanem se ab eo sancto discedere sive victum sive res alias rogaverit.

Haec ita a nobis modeste profecto nec praeter rem interposita sunt. barbari autem totam urbem implebant, a porta orientali exorsi, metebantque cives, et acervos cumulabant crebris iaciendis manipulis, quibus Orcus repleti cupit. qui per vicos fugiebant, occidebantur in iis, simulque spoliati nudi iacebant, ut viae subito in tristia hominum comitia mutarentur, adspiciente sole, quae non debuerat; qui autem in aedibus erant, remanebant in iis fuga praeclusi, nec erat domus, cuius incolae parceretur, nisi magnum numerus eam teneret. alii enim intra parietes peribant, quibus quidem domus pro sepulcro erat, ut verbis psalmistae utar; alii, qui foris fuga salutem quaerebant, fortunae belli dabantur. et aliquamdiu quidem homines occisi passim iacebant; sed mox, quum hostes ab incursionis impetu remisissent, et insolentius terrae, ut aiunt, mutae insultarent, tum reliqua mortuis cadavera iniiciebantur, tum alius homo occisus cum cadavere asini copulabatur, allus canem socium habebat: et ea quidem pleraque per ludibrium quasi ad amplexum vel oscula composita erant: alius rursus cum fele domestica: nam ne his qui-

βάρβαρον ἐφείδοντο, καὶ μάλιστα κυναρίων ὡς καθυλακτοῖν.
 296 των καὶ ἐπιτρεχόντων· διὸ καὶ αὐτῶν ἢ καθ' ἡμᾶς πόλις
 ἐσπᾶνισεν. εἴ τι δὲ που καὶ περιλέλειπτο, ἀνδρὸς μὲν Ῥω-
 μαίου βυτεβᾶύσεν ἄν καὶ κατέδραμε, Λατίνῳ δὲ ὑπέξεχώρει
 κνυζόμενον· κατέγνω γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα οἱ κακοῦ ἦσαν,⁵
 καὶ εἶχε παροιμιᾶσασθαι τις τότε κατὰ τοὺς ἐν Σερίφῳ σι-
 γῶντας βατράχους καὶ τινας τοιοῦτους Ἰταλοὺς τέττιγας, οὗ-
 τω καὶ κύνας ἀφώνους τοὺς παρ' ἡμῖν.

Καὶ ἀμφοδους μὲν κατατρέχεσθαι καὶ οἰκίας οὐκ εἶ
 πάσχειν οὐκ ἄν εἰς μάχης καινοκράγῃμα θείη τις· θείους¹⁰
 δὲ ναοὺς τυραννεῖσθαι, ἀλλὰ τοῦτο θεομαχία κρίνεται ἄν ἀγ-
 χίθυρον. εἰστρέχοντες γὰρ καὶ εἰς αὐτοὺς ἑκάστους οἱ βάρ-
 βαροι ἐποίουν πάνδεινα καὶ οἷα θεὸν ἐρεθίζειν εἰς ἄμνην.
 καὶ ὅσους μὲν ἱεροὺς ἄνδρας, τεθωρακισμένους οἷον ταῖς
 ἀγιωτέραις τῶν στολῶν, κατέκοπτον, τοὺς πλείους εἰς θάνα-¹⁵
 τον, τοὺς μὲν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἐνθέου βήματος, τοὺς δὲ καὶ
 ἐκτός, ὅποι τύχῃ εὔροιεν οἱ φονευταὶ ἐνστάτας παρὰ θεῶν·
 καὶ ὅσον δὲ λαϊκόν, οἱ τοῦ στόματος πλήρους ὄντος τοῦ “κύ-
 ρις ἐλέησον” ἀπηράσσαντο τὰς κεφαλὰς, ἐπανακρινόμενοι τί
 τὸ “κύρις ἐλέησον,” καὶ γελῶμενοι. αἱ δὲ κατὰ λαγγεῖαν χραν-²⁰
 θεῖσαι σεμναὶ γυναῖκες ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ εἰς ἀγνεῖαν ἐπη-
 ρεασθεῖσαι, ἰδοὺ εἰσι, καὶ πρεσβενέτωσαν κατὰ τῶν αἰτίων,
 αἱ ὑπὸ γάμου ζυγόν, αἱ διὰ παρθενίαν ἄνετοι, αἱ νύμφαι

dem animalibus barbari parcebant, caniculis maxime, utpote latran-
 tibus accurrentibusque: unde etiam canum illa penuria consecuta est
 in urbe nostra; nam si forte unus vel alter relictus est, allatraverat
 is et invaserat Romanos, Latinis de via decesserat cum gannitu: in-
 tellexerant quippe etiam illa animalia, in quanta miseria essent. ac
 possit quis cum ranis Seriphi insulae mutis cicadisque item Italis
 canes nostros tum similiter elingues conferre.

Enimvero quod in viis concursatum est et vexatae sunt domus, rem
 in bello minime miram quispiam dixerit; quod autem sacra templa
 laedebantur, id vero pugnae adversus deum susceptae simile erat.
 etenim omnia templa ingressi barbari nefasta patrabant, quae deum
 ad propellendam iniuriam provocare viderentur. quot illi sacerdotes,
 quasi armatos sacris stolis, plerosque ad necem, percutiebant, alios
 in ipso sacro suggesto, alios foris, ubicunque homicidae ministros
 dei invenissent! quot laicos, qui pleno ore precantes “domine, mise-
 rere,” capite truncabantur, quid illud esset “domine miserere”, rogati
 atque derisi. feminae autem honestae, in templis salacitate barbarorum
 pollutae et castitatis decore privatae, adversus noxios prodeunt,

τοῦ Θεοῦ. καὶ μιᾷ μὲν ἓνα τινὰ συγχρωσοθῆναι εἶη ἂν μεῖζόν τι κακόν· αἱ δ' ἐν τοιούτοις κοιναί, καθά τις ἂν εἴποι, ἀμί-
δες οὐκ ἂν εὖροιεν κλαυθμὸν ἐπάξιον.

Ἔχω καλὸν τι ἐνταῦθα τῶν βαρβάρων εἰπεῖν, ὅτι φρο-
5 νέυσιν τοὺς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιβαλόμενοί τινες ἀπέσυρον αὐ-
τοὺς ἔξω γούν, καὶ οὕτω καθήρουν, τῷ ζῆν μετριάζοντες τὸ
κακόν.

Οἱ δὲ τοῖς θείοις ἐνυβρίζοντες, καὶ τὰ μὲν τῶν σεβα-
σμίων τυπωμάτων κατασχίζοντες, ὅσα μηδὲν τι γλαφυρὸν ἐκ
10 τιμίας ὕλης εἶχον τὰ δὲ ψιλοῦντες τοῦ κατ' αὐτὰ κόσμου με-
τὰ πληγῶν, οὔτε ταῦτα δρᾶν διεγνωσμένοι ἐχώρουν εἰς εὐ-
φημον ἡμετέραν μνήμην, καὶ νῦν δὲ εἰς νοῦν ἐλθόντες ἡμῶν
ἀποπτύονται. καὶ πῶς γὰρ ἂν τις γυμνοῦσθαι ἀνθρώπους
ἐπ' ἐκκλησίας μαθὼν καὶ ἀχθόμενος ἀνάσχοιτ' ἂν μὴ οὐ χό-
15 λῶ διαοραγῆται, γύμνωσιν κειμηλίων θεῶν ἐγνωκώς; ὡς Θεοῦ
ἀνεξικακίας, εἰ βάρβαρον ἄνδρα κατὰ τῆς ἱερᾶς καὶ φορικτῆς
τραπέλης ἀναπηδήσαντα καὶ ἐκκαλύψαντα τὴν αἰδῶ καὶ ἐνου-
ροῦντα εἰς ἀκοντισμὸν ἀφῆκε ζῆν ἀνεχόμενος. ὡς σταυροὶ
τίμιοι, τὸ ἡμέτερον κράτος, ὅσοις καὶ ὑμῶν οἱ μιαιοὶ ἐνέ-
20 παιξαν· καὶ ἡ θεία δύναμις ἀτρεμοῦσα οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ
ἐξεγερθήσεται.

Τί ἂν τις ἐνταῦθα ἐκθείη καὶ ταύτην μιारीαν, ὡς τοῖς
μὲν ἔξ ὕελου ἐκκλησιαστικοῖς λαμπτήρσιν ἐνεθόρουν οἱ ἀσύν-

virgines iugo matrimonii maturae, propter virginitatem sacrosanctae, sponsae dei. et quidem si singulae a singulis pollutae essent, minor turpitude foret: sed quasi promiscua ista, ut quis dixerit, flagitii receptacula nunquam digne poterunt desferri.

Laudandi hic mihi sunt barbari, quod quidam in templis absconditos, quos trucidare cuperent, extrahebant certe et deinde occidebant, in vita flagitium continentes.

Qui autem rebus divinis insultabant, et sacra simulacra alia disceindabant, in quibus quidem nihil e pretiosa materia elaboratum erat, alia tundendo spoliabant ornamentis, nec tunc istud facere conati gratiam apud nos inibant, et nunc in memoriam revocati abhorrentur. nam quomodo quis, qui homines in ecclesia nudatos cum indignatione audierit, teneat se, quo minus ira rumpatur, quum res divinas nudatas cognoverit? o patientiam divinam, quae barbarum in sacram et venerabilem mensam insipientem et pudendis nudatis vesicam exonerantem sustinuerit et vivere siverit! o cruces venerandae, fortitudo nostra, quotquot scelesti isti laeserunt! nec est, ut placida divina potentia non expergefiat.

Quid illam turpitudinem commemorem, quod candelabra eccle-

τακτοί, ὅσα καὶ οὐράναις, εἶποι ἂν ἡ τραγωδία, τοῖς δὲ τῶν οὐρῶν δοχείοις οἷα καὶ ποτηρίοις ἐκέχρητο; οἷ γε καὶ κατὰ φρεάτων ἀφιέντες προορρέειν τὸν τοῦ κατ' αὐτοὺς ἀσχοῦ προύχοντα πόδα, εἶτα ὑδρευόμενοι ἔπινον τοῦ μiasμοῦ καὶ τοῦτο πάλιν καὶ πάλιν, καὶ εἰσαεὶ κύκλον τοῦτον ἐλίττοντες ἀσελῆ. 5

Ἄλλὰ τοῦτο μὲν εἶη ἂν καὶ γελοῖον παραρριφέν εἰρωμῆ τινὶ καὶ αὐτό· ἃ δὲ ἀνόπιν συγγεγράφαται, ἀλλ' ἐκεῖνα μυρία προκαλοῦνται δάκρυα. ὅποσον καὶ τὸ τοῦ μυροβλύτου, οὗ τῷ τάφῳ ἐμπειαιότες μετὰ πελέκεων οἱ τοιοῦτων εἰς ποι- νὴν ἄξιοι τὸν τε περίξ ἐπιπολάζοντα κόσμον ἐξ ἀργύρου κα- 10 τέκοψαν, καὶ τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς δὲ περιεῖλοντο χρύσειον στέφανον, καὶ μὴν καὶ τὸν ἕτερον ἀπήγαγον τοῖν ποδοῖν, ἵνα τάχα τὸ ποδῶκες τῆς ἐξ ἐκείνου δίκης ἐκκλίνας. κἂν ἐξέπραξαν ἕς τὸ πᾶν, εἰ μὴ τὸ θεῖον ἀντέβη καὶ ταχὺ ὄδηγῆσαν τοὺς κρείττους ἔν γε τοῖς βαρβάροις εἰς κωλύμην κατεπέτασε 15 τοῦ κακοῦ. εὐνοῦχος γὰρ τοῦ ῥηγός, ἀμιρᾶς τὴν ἀξίαν, πράττειν ὄξυς καὶ θερμός, οἷος φόβον βαθὺν καταπέμπειν οἷς ἂν ἄγριος προσενεχθεῖη, ἔφιππος εἰσελάσας, ὡς οὐκ ἂν τις ἐλπίσει, ἕως εἰς βαθὺ τοῦ θείου ναοῦ, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ ἐνόμισαν, διὰ περιφρόνησιν καὶ αὐτὸς κατ' ἐκείνον ὅς 20 ἐν τῇ τῆς μητροπόλεως καθολικῇ καθιππενύσας τὸν τε ἵππον ἀπέβαλε συγκατενεχθεὶς θραυσθέντα καὶ αὐτὸς οὐκ εὖ ἀπῆλ-

1. ἐνεούρου?

siarum vitrea effrenati isti tanquam matulas habebant, ut tragoedia dixerit, urinae receptaculis autem pro scyphis utebantur! quid quod iidem utris sui prominens ostium in puteos solvebant, deinde hauriebant bibebantque de mixtura, idque identidem, et perpetuo in obscenum istum gyrum acti.

Sed hoc quidem quamvis ridiculum ita interpositum esto, ne ipsum quidem praeter rerum ordinem. quae autem supra narrata sunt, ea vero lacrimas infinitas excitant. quale erat etiam, quod in sanctum, qui unguenta exsudat, patrarunt, cuius sepulcrum insolenter violarunt, securibus, quas ipsi meruissent, argenteam crepidinem dissecantes et coronam auream capiti impositam detrahentes: quia etiam pedem alterum abstulerunt, quo scilicet poenae ex eo consecuturæ celeritatem declinarent. atque ita forsā universa delevisent, nisi numen divinum obstitisset, et repente primores barbarorum commovisset et excitasset ad sistendam perniciem. namque eunuchus regis, amiras dignitate, acer et promptus ad agendum, et qui terrorem incuteret, ad quemcunque iratus accessisset, equo, quod vix credas, in intimum templum ingressus est, ipse quoque contemptu, ut plerique arbitrabantur, sacrarum rerum abreptus, illius ex-

λαξεν, ἀληθῶς δὲ κατὰ προμήθειαν, ἵνα καὶ ῥᾶον οὕτω διὰ τῆς πυκνότητος τοῦ λαοῦ παρεισδύοιτο φευγόντων ἐκάστων συμπατηθῆναι τῷ ἵππῳ, καὶ ἄποκτος δὲ ὧν βλέποιστο τε καὶ ἀντιβλέποι τοὺς κακουργοῦντας, καὶ οὕτως αὐτοὺς ἀμύνοιστο, 5 — εἰσδραμῶν γῶν ὁ εὐνοῦχος οὕτω μετ' εὐγενοῦς ἵππου καὶ τὴν μετὰ χεῖρα σιδηρέαν κορύνην κατάγων, συνεπιλαμβανομένων ἅμα καὶ τῶν ἐφεπομένων θεραπεπόντων, οἳ καὶ αὐτοὶ σφοδροὶ δρῶν ἦσαν, φόνους τε πολλοὺς ἐκόλυσε καὶ γυμνώσεις ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ἃ δὴ ἐτρωθι κωλυθῆναι οὐκ 10 ἔσχε, καὶ τοὺς ἐπιβούλους δὲ τοῦ ἀγίου τάφου ἀπήγαγεν, ὡς οὐκ ἂν ἐκεῖνοι ἤθελον, κερδήσαντας μόνα (μυρία δὲ ἦσαν ἐκεῖνα) ὅσα πρὸ αὐτοῦ κατέσπασαν φθάσαντες. καὶ φόνους μὲν τοὺς ἐκεῖ κατέσχευεν ὁ ἄρχων, τοῦ δὲ πνιγμοῦ τῶν φυγόντων ἐν τῷ ναῷ οὐκ ἦν ἐπίσχεσις, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλ- 15 λαις καθολικαῖς, οὕτω καὶ ταύτῃ οὐκ ὀλίγη μοῖρα τοὺς ζῶντας ὁ πνιγμὸς ἐδικαίωσεν, ὧν ὁ ἀριθμὸς ἐρίξοι ἂν πρὸς τοὺς ἐπ' ἀκροπόλεως πεπνιγότας, ὡς ἡ ἄρχὴ τοῦ λόγου συν- ἔγραψε.

Τί ἂν λέγοιμι τοὺς τῶν τεγέων οἴκων ἄνωθεν καθάλλο- 297
20 μένους ἐπὶ μελέτῃ θανάτου, ὅτε τὸ μέγα κακὸν καὶ αὐτοὺς περιστοιχίζεν; οἳ πιτρύξασθαι εἰς αἰθέρα μὴ ἔχοντες, οὐπερ ἐφίεντο ἂν, τὸ τῶν βαρέων ἔπασχον καὶ ἐλάκουν εἰς θάνα-

15. κἄν? 17. οὐς?

emplo, qui, quum in catholicam metropolis ecclesiam investus esset, deturbatus tum equum vulnere laesum amisit, tum ipse male discessit, sed revera divina ductus providentia, quo facilius ita per multitudinem hominum penetraret, ne ab equo conculcarentur caventium, et sublimis tum cerneretur ipse tum cerneret scelestos, atque ita illos flagitio prohiberet — ingressus igitur est ita eunuchus cum equo generoso, et, clavam ferream manu torquens, adiutus etiam a domesticis comitantibus, qui et ipsi manu prompti erant, caedes multas et virorum mulierumque spoliationes impedivit, quae aliter impediri non poterant, et sacro sepulcro insidiantes abegit, quemadmodum ipsis minime placeret, lucratos tantum (infinita sane illa erant), quae ante adventum eius detraxerant. itaque caedes quidem ibi dux ille sistebat, sed elisio fugientium sisti in templo non poterat, verum sicut in reliquis ecclesiis publicis, ita in illa quoque haud exigua hominum pars suffocata est, quorum quidem numerus par est fortasse iis, qui in arce elisi sunt, de quibus in principio huius libri dictum est.

Quid illos commemorem, qui desuper de tectis aedium in perniciem se dederunt, calamitate quippe immani circumventi? qui quum per aerem volare, ut cupiebant, non possent, pro corporum

τον, ἐκ μετεώρου κατασκήπτοντες. τί δὲ τοὺς κατὰ φρεάτων ὡσεὶ καὶ τινος Κωκυτοῦ καὶ Ἀχεροντίου ὕδατος βυθιζομένους ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας; τοὺς μὲν φόβῳ τοῦ μὴ ἄνω πεσεῖν θανάτῳ, τὰς δὲ καὶ κατὰ σεμνότητα. καιρὸν δὲ οὐδὲν οὐδὲ ἢ τοιαυτὴ ἔμπρωσίς τε καὶ καταπτώσεις παρ' ἀν-5
 Θρώποις, οἳ μὴ μόνον πέτρας εὐχοντο ἂν θάψῃται εἰς ὑποδο-
 δοχὴν αἰτῶν καὶ βουνοὺς εἰς κρύψιν κατακυλισθῆναι καὶ
 εὐφρανὸν δὲ αὐτὸν ἐπικαταπεσεῖν, ἀλλὰ πού καὶ χάος καὶ
 τάρταρον ἐφαντάζοντο εἰς κατάδυσιν καὶ βίβου καταλύσιν. τὸ
 γὰρ καθ' ἱστορίαν βάραθρον καὶ οἱ κρημνοὶ μικρὰ καὶ αὐτὰ 10
 ἦσαν τοῖς ἀφαντωθῆναι θέλονσιν.

ᾧ μοι καὶ τῶν λίθων, οἵπερ ἐπαφιέμενοι τοῖς τοιούτοις
 πρὸς τῶν βαρβάρων ἀνανεύειν οὐκ ἀφίεσαν, ἀλλ' ἐπιπωμα-
 ζοντες κατεχώνησον τοὺς ἐλεεινοὺς. οὐαὶ τότε καὶ ὄσαι κα-
 τὰ γαστέρων εἶχον, ἃς ἐν τῷ φεύγειν βαρύνων ὁ κατὰ φύσιν 15
 φίλιος φόρτος ἐξ ὀλιγηπελίας κατέρριπτε συμποδίζων εἰς
 Αἶδην, φθανούσας τὸν διὰ ξιφῶν ὄλεθρον. οἰκτρὸν δὲ τού-
 των οὐκ ἔλαττον καὶ μητέρες, αἷς φευγούσαις καὶ ἀπαλοὶ
 παῖδες συνέτρεχον, καὶ τέως μὲν ὁμοῦ ἦσαν· ἐπισπέρχοντος
 δὲ τοῦ κακοῦ ἐνίκων τὸν δρόμον αἱ μητέρες, δυστυχῶς γὰρ 20
 τοῦτο καὶ μάλα. ἐπιστραφεῖσαι γὰρ ἢ οὐκέτι ἔβλεπον τοὺς
 ποθουμένους ἀνθαμίλλους, Ἡρώδου δὲ τινὶ ψήφῳ περιπετω-
 κότης, ἢ ἐπιπτον καὶ αὐταὶ πρὸς τῶν ἐπικαταλαβόντων, μι-

pondere in terram illisi ad necem contundebantur. quid illos, qui in puteos tanquam Cocytum quendam et aquam Acherusiam demersi sunt, et viros et mulieres? viros quidem metu compulsos, ne alto casu perirent, mulieres quodam honesto moriendi studio ductas. nam ne hae quidem praecipitatione vel submersione quaesitae mortes mirae sunt in hominibus, qui non solum saxa rumpi ad hauriendos se, vel montes devolvi ad obruendos vel coelum sibi illabi optarent, sed etiam ipsum orcum et tartarum sibi hiare cuperent ad interitum et perniciem. etenim ex historia nota barathra et praecipitia levia illis videbantur, qui e conspectu auferri cuperent.

Vae saxa, quae a barbaris in eosdem coniecta caput attollere eos non sinebant, sed miseros obruebant! vae tum feminas gravidas, quas in fuga aggravans onus per se dilectum in Orcum demittebat! deliquio animae oppressas, nec minus miserandae erant matres, quae in fuga teneros liberos comites habebant, et aliquantisper quidem aequabantur cursu, sed mox, propius ingruente exitio, iter praecipiebant: quae et ipsa magna sane miseria erat. conversae enim aut non iam videbant consecantes se dilectos liberos, Herodiano aliquo

συνέμηναι, ὅτι μὴ ἐκείνων πρὸς ἔρωτα ἐπιστρέφοντο, ἀλλ' ἔκλαιον τὸν ὕστατον δολιχόν, ὃν οἱ παῖδες ἐστειλάντο. ἔφευγον καὶ πατέρες, νεογνά μητέρων ὄρφανὰ ἐπίσω ἀφίεντες. καὶ αὐτὰ μὲν ὡς ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐγοῶντο· οἱ δὲ μὴ ἐπιστρέφόμενοι ἔδειον, καὶ ἡ φύσις ἐβόα κενά. εἰ δὲ καὶ ἐξέδραμον ἐκεῖνα συμφεύγειν, αὐτὰ μὲν ἐποιοῦν τὸ δυνατόν, ὃ δὲ γενέτωρ ἦν ὁ αὐτὸς τοὺς πόδας, τοῦ κατὰ θάνατον φόβου τὴν φυσικὴν ἐκνικῶντος στοργήν. καὶ εἴπερ ὁ τεκνωσάμενος παρρησιάζεται ζῶν, ἀλλ' αὐτὰ συμπατούμενα καὶ πρὸς βίαν 10 σκαριζόντα ἐξώλλυντο εἰς ἐπιθήκην τῶν κατ' ἄνδρας νεκρῶν. οὕτω καὶ θρέμμα τραχὺ λύκων ἐπιτρεχόντων ἀφίησε τὰ οὐκ εἰς νεογιλά καὶ φεύγει· καὶ ὁ λύκος οὐκ οἶδεν εὐδενὸς φεῖδεσθαι.

Κλαίω δ' ἐνταῦθα θῆγώ, ἀναπολήσας εἰς νῦν ὡς καὶ 15 ἡμεῖς ἅπαντες οὕτως ἐφεύγομεν οἷα σφαγῆς πρόβατα, οὔτε ποιμένος προμαχούντος οὔτε μὴν μισθωτοῦ. καὶ μακάριον, εἴπερ ἐφεύγομεν διὰ τέλους. νῦν δὲ ἀλλὰ μικροῦ θέον οἱ πλείους τοῖς τῶν λύκων περιεπίπτομεν στόμασι. μυστρία δὲ ταῦτα πτώματα, καὶ οἷα πόλιν ἀποκενοῦν εὐφοροῦσαν ἦν ὅτε 20 οἰκητόρων ἀγαθῶν. καὶ μετροῦντο ἂν οἱ οὕτω πολυτρόπως πεσόντες ὑπὲρ χιλιάδας ἑπτὰ, ὡς οἱ περιελθόντες ἐστοχάσαντο πρὸς δυνατὴν ἀκρίβειαν, σὺν γε τοῖς ἐκ Βουλγάρων πεζοῖς, καὶ ὅσοι τοῦ στρατιωτικοῦ συνέπεσθον. οἱ δὲ βάρβαροι πε-

18. πώματα T

imperio interceptos, aut ipsae quoque ab hostibus occidebantur, iratis, quod libidini suae non obsequerentur, sed extremum curriculum deferent, quod liberi inissent. etiam patres fugiebant, liberis recens natis orbis relictis. flebili vagitu hi opem flagitabant; sed illi sine respectu fugiebant, natura nequidquam clamante. quantumvis liberi procurrerent secuturi, quantumvis pro viribus adniterentur, pater tamen aequae festinanter fugiebat, metu mortis a natura nobis insitam pietatem exsuperante: atque si forte pater vitam servaret, liberi conculcati et adversus vim palpitantes peribant ad cumulanda viro- rum cadavera. ita etiam bruta pecora, quum lupi superveniant, relictis catulis recens natis, fugiunt; lupus autem nemini parcere solet.

A lacrimis hic ego mihi temperare nequeo, quum recordor, nos quoque omnes ovium instar, quae laniatae destinatae sunt, fugisse, quum nec pastor, nec vero mercenarius quisquam nos defenderet: beati tamen, qui prorsus effugimus. sed non multum aberat, quominus plerique in fauces luporum incideremus. infinita illa caedes erat, qua necesse erat, ut urbs quondam bonis civibus abundantissima desolaretur. sunt autem, qui ita varie perierunt, plus septem milia,

ριεργασάμενοι ἄλλως εἰς πέντε χιλιάδας ἠριθμῆσαν τὸ κακόν, μήτε τοὺς πεπνιγμένους συγκεφαλαιωσάμενοι τούτους μήτε δηλαδὴ τοὺς ἐπ' οἴκων πεσόντας, ἀλλὰ μόνους ἀριθμῶ δεδωκότες ὅσους αὐτοῖς ἐκθétους κειμένους ἤλιος ἔφηνεν.

Ἐνταῦθα δάκοι ἂν καρδίαν ἀνδρὸς φιλοίκοιτι και ὅτι 5
τοὺς κειμένους ἐν τε ταῖς ἀμφόδοις και ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀλόγοις ζώοις ἀναμιγνύντες κατέκειον οἱ ἐχθροί, τὸ μισάνθρωπον, ὅψε και τοῦτο δρούσαντες. τὰ πρῶτα γὰρ ὑφ' ἡμῶν παρακαλούμενοι καταχῶσαι τοὺς νεκρούς, μὴ και θεά δυσπρόσωπος ἐκκείνται και ἀποφορὰς δὲ νοσεράς ἀτμίωσιν, 10
ἀθάδες τοιούτων αὐτοῖ ἐφασαν εἶναι, και χαίρειν τοιαύταις θεαίς τε και ὀδμαῖς.

Οἱ μὴν δὴ πολλοὶ φόνοι και αἱ σφοδραὶ ἀρπαγαὶ και τὰ πλείω κακὰ δοκοῦεν ἂν λῆξαι μετὰ μεσημβρίαν τῆς ἡμέρας καθ' ἣν ἡ ἄλωσις, ἐξ ἐπιτάγματος τῶν κομήτων. ἦν δὲ 15
σάββατον, οὐ φνυγὴν ἔχον, ἦν εὐαγγελικῶς ἀπεύξαιτ' ἂν τις, ἀλλὰ τηλικαύτης πόλεως ὄλεθρον. τὰ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἂν μὲν τις φράσαι ὡς μηδὲν τι ἐλλείψαι. ὅσα δὲ ἔστιν ἐπιλέξασθαι, ἀυχήσωμεν ἂν και αὐτοῖ ἱκανοὶ ἔσεσθαι ἀπογράψασθαι. πάντες οἱ ἔξω ἱππόται, και οἱ ναύαρχοι δέ, ἀκολούθως δὲ και οἱ ἀμφ' αὐτούς, ἀνακαθήραντες ἤδη τὰ σφίσι φροβερὰ και μισήσαντες εἰς πλέον αἰθριοκοιτεῖν, ἐπλησαν ἀδεῶς

prout ii, qui urbem obierunt, quam poterant diligentissime aestimarunt, cum peditibus Bulgaris et ceteris, qui ceciderunt, militibus barbari autem, inutili opera, ad quinque millia occisorum computarunt, numeratis neque iis, qui suffocati erant, nec qui in aedibus perierant, sed iis tantum eo numero comprehensis, quos in publico proiectos sol collustrabat.

Hic mordeat animum hominis misericordis, quod et in triviis et in arce proiecta cumque brutis animalibus mixta cadavera barbari, gens generi humano infesta, combusserunt, sero demum eo consilio functi. prius enim moniti a nobis, ut sepelirent cadavera, ne tetro adspectu iacerent et vapores noxios exhalarent, assuetos se rebus illis esse et tali adspectu et halitu delectari responderunt.

Caedes frequens et rapina ferocior et miseria maior sub meridiem eius diei, quo capta urbs est, ex imperio comitum cessasse videbatur. erat autem sabbatum, non fuga insigne, quam quis secundum evangelium deprecetur, sed tam eximiae urbis ruina. quae deinde secuta sunt, ea nemo ita explicuerit, ut nihil desit; sed quae narrari possunt, ea quidem, si quisquam, nos nobis videmur exponere posse. omnes igitur, qui extra urbem erant, equites, et vero nauarchi, cum suis quisque ministris, liberati iam rebus omnibus,

τὰς οἰκήσεις τῆς πόλεως, τὰς μὲν μείζους κατὰ κεφαλὰς καὶ
 ὄσοι περὶ αὐτάς, τὰς δὲ ἐλάττους κατὰ τινὰς ἴλας ἐτέρας,
 ὅσαις ἦν σύμμετρον τὸ κατάλυμα. καὶ τὸ ἐντεῦθεν αὐτοὶ
 μὲν ἦσαν οἰκῶν εἴσω, τὸ δὲ πολιτικὸν ἅπαν σύστημα ἐπλά-
 5 ζετο, ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς. καὶ τὸ μὲν βάρβαρον ἐνέμετο τὰς
 ἐπ' οἰκῶν ἐνθέσεις, οἱ δὲ οἰκοδεσπόται ἀπελήλαντο καὶ περιε-
 νόστουν ὡς ἀκαεῖ πεινῶντες διψῶντες ὀριγοῦντες, ὅτι καὶ γυ-
 μνοί. καὶ εἶθε μὲν γυμνοί, ὡς ἂν που καὶ ἐλεοῖντο ἐκ τῶν
 γυμνωσάντων· νῦν δὲ σοφίζόμενοι τὴν ἔνδυσιν διὰ τὸ ἄλ-
 10 λως κατ' ὄψιν αἰσχρὸν οὐκ εἶχον ἔλεον, οἷς τῆς ἀνάγκης ἐκά-
 στω, εἰ καὶ ἀναλλοι, ἀλλ' οὐν τινὰ στολὴν ἀφοσιούσης, ὅποιαν
 ἰδὼν ὁ μὲν ἔξω πένθους γελάσοι ἂν διὰ τὸ σκηνικώτερον, ὁ
 δὲ συγγεγευμένος τοῦ πάθους οὐκ ἂν ὀκνήσοι μὴ ἐκθανεῖν
 λυπούμενος. ἐτρύπησέ τις ψίαθον, καὶ περιβαλόμενος ἔκρυ- 298
 15 πτε μόγις τὴν προσθίαν αἰσχύνην, καὶ ἡγάπα οὕτω καλυψά-
 μενος, εὐδαιμών αὐτὸς τῇ πρὸς ἐτέρον παραβολῇ, ὅσοι τὸ
 κατὰ χεῖρα θέναν καὶ τὰ δάκτυλα καθά τι παραπέτασμα
 προθέμενοι, καὶ κρύπτοντες ἄπερ ἔχρη, ἠρκοῦντο, μὴ ἔχον-
 20 ἄξιον· εἰ δὲ καὶ γυναῖκες τοῦ πάθους ἐκοινωνοῦν τοῦδε, τί
 δὴ ἔλαμπεν ἥλιος ὡς καὶ τοιαῦτα καθορᾶν; ἀλλ' αὐτὸς μὲν
 εἶχεν ἄλλως ἐνδείκνυσθαι τι καλόν, ἐκτρέπων τοὺς αὐταῖς ἐνυ-
 βρίζοντας· ὁ δὲ ἐπιὼν ἔσπερος πάνδεινα ἐποίει, σκότον προ-

quae terrorem facerent, et aspernati, porro sub divo cubare, impleve-
 runt intrepide domos urbis, et magnas quidem singuli primores cum
 comitibus, exiguas promiscuae ceterorum catervae, quantas tecta
 caperent. inde illi in domibus habitabant, omnis turba civium in
 quibus nos quoque eramus, circumvagabatur. barbari absumebant
 omnem cibi copiam, domini expulsi hac illac circumibant, esurien-
 tes, sitientes, rigentes, quippe qui etiam nude essent: quin imo,
 utinam nudi fuissent, quo misericordiam eorum, qui eos nudarant,
 excitassent; sed vestitum excogitaverant, ne puderet se adspici, nec
 movebant misericordiam, quippe necessitate unicuique vestem, etiam-
 si alienam, at vestem tamen suppeditante, quam si quis videret ex-
 tra cladem constitutus, risurus erat scenicam speciem, sed miseriam
 et ipse expertus vix se contenturus, quominus prae dolore periret.
 perforavit aliquis saccum iunceaum, quo circumiecto vix tegeter pu-
 denda, laetabaturque eo tegumento, beatus, si suam cum aliis sortem
 compararet, qui palma manus digitisque tanquam operculo praetentis
 membra, quae tegi decet, obtegebant, quum non haberent, quod prae-
 terea adhiberent. indignus sane ille aspectus erat; quum vero etiam
 sane mulieres eius miseriae participes essent, quid tandem sol lucebat
 et ista cernebat! sed tamen erat, quod ille bene faceret, dispellens,

βαλλόμενος εἰς ἀποκρυφὴν καὶ ἀναΐδειαν. ἡ μὲν γὰρ ἡμέρα εἶχε τι σῶφρον δέει τῶν ὑπερεχόντων, ἡ δὲ νύξ ἐπαρρησίαζε τὰ μὴ ὄσια. ἦν τίς ποτε καὶ ὅς ῥάκος εὐθρηκῶς παρρηριμμένον πον ἀποκαθημένης τυχὸν ἢ καὶ ἀλλοῖον, ὁποίοις πολλοῖς οἱ λεωφόροι κατέστρωνται, καὶ συχνὰ τοιαῦτα συγκε-5 κρουκῶς εἰς ῥαφήν, ὡς εἶχε, καὶ λεντίου τρόπον συσκευασάμενος, ἄκων ἤθελε τὴν ἀσυνήθη περιστολήν. ἄλλοι συνθέματα ἐρεῖα μαδῶντα ἐξευρίσκοντες καὶ ἐναπτόμενοι κοιλίαν μὲν καὶ ῥάχιν καὶ τὰ κατωτέρω ἔσκεπον, σχοινοῦ σαθρᾶ καὶ ῥυπαρᾶ τῆ ἐκ φιλύρας ἢ τοιοῦδέ τινος περιζωσάμενοι, τὰ δὲ 10 λοιπὰ ἐν χρωῖ κατ' αὐτὴν σάρκα τῷ ἄερι γινόμενοι. ἱματισμένον δέ τινα ἰδεῖν τὸ ὄλον ὁμοιον ἦν ὡς εἰ καὶ ῥῆγα εἶδεν ἢ ἄλλον ἄνδρα λαμπρότητος. πόρναις μόναίς ἐνέλαμπε κάλλος ἱματισμοῦ, αἱ τοῖς ἱεροῖς πεπλώμασιν ἡγλαΐζοντο, ἐνπάρηφοι τοῖς μιαιφῶς ἐρασταῖς παρομαρτουῖσαι, καὶ 15 βλεπόντων ἡμῶν παρρησιαζόμεναι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ συγκαταχορεύουσαι ὡς κἀνταῦθα θείας ἀνοχῆς. αἱ δὲ κεφαλαὶ τοῖς μὲν, πλείοσιν ἦσαν ἀκατακάλυπτοι, τῶν Λατίνων οὕτω σκευωρησάντων, ὡς ἂν ἔχοιμεν τὸ ὁμόστολον. καὶ τοῦτο μὲν οἱ 20 δυναίμενοι ἔπασχον· ὅσοις δὲ τὰ τῆς κεφαλῆς οὐκ εἶχεν ἀπαθῶς, ἀλλ' ἔδει κατακεκαλύφθαι αὐτὰς διὰ τὸ ἄρρωστον, ἀλλ' αὐτοὺς βλέπων τις παντοῖος ἂν τὴν λύπην γένοιτο, τῆ ποιμιλίᾳ τῶν βλεπομένων συμπεριαγόμενος. πλὸν μὲν γὰρ

2. ἡ] οὐ Τ

quippe, qui illis insultarent. ingruens vero vespera immania patrabat, tenebris ad celanda flagitia excitandamque impudicitiam offusis. dies enim modestiam quandam metu superiorum iniungebat, nox nefanda admittebat. erant, qui laciniis vestis attritae aliisque pannis, quibus viae publicae fere obsitae sunt conquisitis et, ut licebat, consutis inque modum lintei comparatis, inviti usurparent amictum insolitum. alii particulas lanae vagas collectas et coniunctas ventri, spinae et parti corporis inferiori circumdabant, fune marcido et sordido tiliaceo aliove simili adstrictas, reliquum corpus nudum et apertum habebant. iuste autem aliquem vestitum cernere plane erat, ac si regem vel alium hominem illustrem videres. in solis scortis splendebat cultus vestium, quippe quae vestimentis sacris niterent, limbisque decorae cum turpibus adulteris consuecebant et in conspectu nostro flagitium admittebant, tum quoque divinae insultantia patientiae. capita plerisque civibus intacta erant, Latinis hanc curam gerentibus, ut simili secum habitu uteremur. atque hoc quidem robusti patiebantur; quibus autem caput parum validum et propter infirmitatem tegendum erat, eos qui videret vario luctu deflebat, pro varietate speciei agitatae. namque

ἀσκητὸν περιτεθεῖσθαι οἱ εὐτυχέστατοι κατεπλούτου· τῶν δ' ἄλλων οἱ πλείους ψιᾶδων πλέγματα ἢ σχοίνων ἢ καλάμης ἐσχεδίαζον εἰς τοιαύτην σκέπην, τὰ πολλὰ καὶ διατετρημένα τὴν κορυφὴν κατὰ καπνοδόκην, τὰ μὲν εὐρωῶτος καταβοσκη-
5 σαμένου, τὰ δὲ καὶ κατὰ βαρβαρικὸν ἄθυρμα, οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ πρὸς τέχνην, ἵνα διὰ τοῦ τρημάτος ὁ πῖλος, οἷα καὶ τις χώνη τὰς διψῶσιν, ἐνερευῆγται συμβολῆν.

Καὶ ἦσαι οἱ πάντες ἐκ τῶν τοιούτων στολισμάτων, ὧν πολλοῖς ἐνέλαμπον ὡς οἷά τινες πορφύρεοι λίθοι πληγαὶ πορ-
10 φύρουσαι τῷ ἔξ αἵματος λύθρῳ, θάμα καὶ δυσπρόσοπτον καὶ δυνείκυστον, τὸ μὲν οἷς ἐκ νερτέρων ἤκειν ἐδόκουν σκιαί τινες αἰσσοῦσαι, τὸ δ' ὅτι τοὺς κατὰ φύσιν χαρακτηῆρας οὐκέτ' εἶχον διὰ τὸ ἔνδον που ἀναχωρῆσαι ἢ καὶ τέλεον ἐκλιπεῖν τὸν φίλιον χυμὸν, δι' οὐπὲρ ἔξανθεῖ τὸ ἐρύθημα. ἦν
15 οὖν ἔργον γνωρίσαι καὶ τὸν πᾶν ἐν τούτοις φίλτατον· καὶ ἕκαστος ἀνηρώτα ἕκαστον, ὅς τις ποτ' ἂν καὶ εἶη, διὰ τὸ κατὰ χρόαν πάντων ὁμοειδὲς καὶ διάφορον κατ' οὐδέν.

Ἰτέον ἐπὶ τὰς ἐκκλησίας, καὶ θεωρητέον τοὺς τοιούτους καὶ ἐκεῖ, καὶ ἐρωτητέον τίς ἄρα ἐν τούτοις ὁ πλούσιος ἢ πέ-
20 νης, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἀλλὰ τίς μὲν ἱεράται; τίς δὲ ἐπὶ τοῦ ἀναγινώσκειν ἐστί; τίς δὲ τοῦ λαοῦ εἶναι εἴληγε; πάντες γὰρ εἶδος ἐν καὶ μορφῇ ἢ αὐτῇ· κἄν εἰ μὴ τις ἀποκριθεὶς τῶν ἄλλων τὸ ἱερὸν εἰσέλθοι βῆμα, στησόμενος εἰς εὐχάς, καὶ τις

3. βρωτο T

pilei tegumento felicissimi gaudebant; e ceteris plurimi e crate iuncea scripeave vel e calamo plexa talia tegmina praeeparabant, pleraque in fastigio fumarum instar perforata, partim situ et squalore, partim barbarorum ludibrio violata, haud pauca etiam consulto aperta, ut per foramen pileus, quasi quoddam infundibulum sitientium, reciperet symbolam.

Cuncti igitur huius generis vestitu utebantur, in quorum plurimis tanquam lapides purpurei splendebant vibices cruore suffusas, species et mira et acerba, quia et ex inferis videbantur quasi umbræ quaedam ascendisse, nec iam habebant colorem naturalem, propterea quod intus recesserat aut prorsus defecerat succus ille praestabilis, unde rubor efflorescit. itaque difficile erat agnoscere etiam hominem dilectissimum, et omnes se invicem rogabant, qui essent, quod cuncti vultu similes nec quidquam diversi erant.

Eamus in ecclesias et spectemus ibi quoque miseros, quaeramusque, quis eorum dives, quis pauper, et cetera id genus. quis porro sacra peragit? quis lectionem habet? quis e populo est? quippe omnes speciem unam, formam eandem prae se ferunt: nec nisi quis

ἄλλος εἰς τὸν ἱερόν ἀνέλθοι ὀκρίβαντα ψαλμοῦ χάριν, οὐκ ἦν διάκρισις τούτων τε καὶ τῶν τοῦ λαοῦ. εἶχον δέ τι πάντες οὗτοι σεμνόν, εἰ καὶ ἄλλως λυπηρόν· λελυμένοι γὰρ ἐκ τῶν ποδῶν πάντες τὰ ὑποδήματα τῶν τοῦ ἁγίου οἴκου κρηπίδων ἐγίνοντο. 5

Σκοπητέον καὶ τὰς ἐκάστων τροφάς, καὶ γνωστέον ὡς ἐκ τῶν συμφυλειῶν μὲν οὐκ ἦν ὃ τι καὶ λάβοιεν, πάντων ἐξ ἴσου πεινῶντων, τῶν δὲ Λατίνων ὀλίγοι μὲν τινες ἐχορήγουν ὀβολοὺς τοὺς παρὰ σφίσι, ὅθεν ἦν γλίσχρος ἀποζῆν, οἱ δὲ πλείους διάβολον ἐπικαλοῦντες τὸν ἐπαιτοῦντα (τοῦτο δὴ τὸ παρ' αὐτοῖς εὐχορήγητον) ὕβρεις ἐδίδουν ὡσεὶ καὶ ψωμόν, καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐταῖς. καὶ ὁ ἔλεος μὲν οὕτως ἦν δυσεῦρετος δίχα γε τῶν ἐκ τοῦ μυροβλύτου, ὅς, καθὰ καὶ προεγγράφεται, πάντας τοὺς πολίτας ἔθρεψεν εἰς ὅσον ἐχρῆν· εἰ δέ τις καὶ εὐπορηκῶς ποθεν ἐθέλοι τιμῆματος πορίσασθαι 15 τὸ τρέφον, βαβαὶ τῆς βαρβαρικῆς ἀπανθρωπίας. Ἰουδαίῳ μὲν γὰρ καὶ Ἀρμενίῳ, οὓς ἡ ἀγχιτέρων Κρανία καὶ ὁ Ζεμενίκος φέρβουσι, ἐπεμέτρει, ἐς ὅσον τε καθῆκον ἦν καὶ τι καὶ εἰς ὑπέμετρον· ἑλωκότι δὲ πολίτῃ ἐλάχιστον, εἴ που καὶ ἐπιστραφεῖη αὐτοῦ. ἀργίδιον γοῦν περιηγμένον ὡς εἰς 20 κρῖνον, ὅσον ἂν ἀντίχειρ καὶ λιχανὸς διαγράψαιεν τριῶν χαλκῶν στατήρων ἀπεδίδου τῷ ἑλεσινῷ πολίτῃ μῶλις ὀβολοῦ ἀξιόμενον.

a ceteris separatus in sacrum gradum ascenderet ad peragendas preces, alius sacrum suggestum legendi psalmi causa conscenderet, ullum discrimen inter illos et populum foret. habebant autem illi omnes venerabile quiddam, quamvis ceteroquin sordidi: omnes enim solutis a pedibus calceis sacrae aedis limen transgrediebantur.

Spectanda sunt etiam singulorum alimenta, sciendumque, a popularibus neminem quidquam nancisci potuisse, cunctis pariter fame laborantibus. e Latinis autem perpauci largiebantur numos, unde tenuiter quis viveret, plerique nomine diaboli increpabant eum, qui quid rogaret (illud quippe illorum donum erat), contumelias pro offa et alapam loco obsonii offerentes. eratque difficile, misericordiam obtinere, nisi a sancto unguenta exsudante, qui omnes, ut supra dictum est, cives alebat, quantum necesse erat. si tamen quis opulentior e censu suo nonnihil alimenti largiri vellet, vae barbaram illius inhumanitatem! Iudaeo enim et Armenio, quos finitima Crania et Zemenicus alunt, impertiebat, quantum satis esset et plus etiam; capto civi particulam tenuissimam dabat, si tamen eius meminisset. panem enim parvulum in orbem inflexum, quantum pollice et digito sigillari comprehenderes, tribus stateribus aeneis misero civi vendebat, vix oboli pretio.

Ἄλλ' ἄμα ὑπεκρουσάμεν Ἀρμενίους καὶ ζέειν ἔπαθον
 περικάρδιον, ἐννοησάμενος ὅποια κακὰ καὶ αὐτοὺς ὁ βᾶσκανος
 δαίμων ἡμῖν προσέθετο, ἔξω μὲν πρὸ τῆς ἀλώσεως ἐν ὄντας
 τοῖς πολεμίοις καὶ θερμότερους ἐκείνων εἰς τὰ καθ' ἡμῶν
 5 ἀποδεικνυμένους κακὰ, ἐν ἐφόδοις, ἐν λόχοις, ἐν προόδοις ταῖς
 εἰς λείαν, ἐν μηχαναῖς, ἐν ἐκφάνσει τῶν λανθανόντων, ἔσω
 δὲ δεσπόζοντας ἡμῶν καὶ αὐτούς, ἀπειλουμένους, ἐπιτάσσον- 299
 τας ἀποστεροῦντας, τύπτοντας, ἄγχοντας τοῖς ὠνίοις. ἀρτίσκον
 γὰρ παλάμη περιληπτόν, ὃν ὀβολοῦ ἂν τις τιμήσαιτο, πολλοῦ
 10 αὐτοῖ ἐσταθμῶντο, καὶ Λατινικῶς καὶ αὐτοῖ ἡμᾶς ἀπέπνιγον.
 καὶ ἀπολώλαμεν ἂν τηνικαῦτα, εἰ μὴ τὴν ὀπώραν κατ' ἄμμον
 πληθύντας ὁ θεός, ἐν αἷς καὶ τὰς σταφυλάς, ἅς ἄλλων κεκο-
 πιακότων ἔτεροι ἔδρεπον εἰς τοὺς κόπους ἐκείνων εἰσερχόμε-
 νοι, ἔθρεψε καὶ ἡμᾶς. μὴ γὰρ ἐπὶ νοῦν ἀγέτω τις ἄλλο τι
 15 ἔς τροφήν καὶ τρυφήν ἐνδεδαψιλεῦσθαι ἡμῖν. ὧν ἐκθλιβο-
 μένων μὲν οἶνον εἶχομεν, εἰ καὶ πνευματίαν ἐκεῖνον καὶ βρω-
 μιον καὶ οὐ προσηνῆ πρὸς ὑγίειαν, ἀλλ' οὖν παραμυθητικῶ-
 τερον ὕδατος, καὶ ἀλλοίαν δὲ τροφήν, ναὶ δὲ καὶ ἰματισμὸν
 τῇ ἀπεμπολήσει, καὶ εἴ τι δὲ ἄλλο ῥάδιον καὶ πρόχειρον πο-
 20 ρίσασθαι. οἱ δὲ ἐξώλεις Ἀρμένιοι λέγονται καὶ καταμιαίνειν
 ἡμῖν τοὺς ἄρτους. ἦν δὲ αὐτὸ οὐχ ἰκανὸν τοὺς πτωχοὺς
 ἐκτρέπειν τοῦ προσίεσθαι τὰ πωλούμενα. δεινὴ γὰρ ἡ ἀνά-
 γκη τὸ καθῆκον ἐκκρούεσθαι καὶ μόνου τοῦ πρὸς βίαν ἐγκει-

Enimvero quum Armenios attigi, dolorem mihi animo fervere sentio, recordatus, quanto malo illos quoque daemon invidus nobis immiserit, foris ante expugationem hostibus coniunctos et acrius, quam illos, clades nobis insidiis, praedationibus, machinamentis, prodicione latentium infligentes, intra urbem autem dominantes, minitantes, imperantes, spoliantes, ferientes, caritate annonae prementes. panem enim, quem palma comprehenderes et unius oboli aestimares, magno illi vendebant, et more Latino ipsi quoque nos suffocabant. atque actum tum erat de nobis, nisi deus nos nutritivisset, messem largitus arenae instar affluentem quum reliquam, tum uvarum, quas tamen ab aliis cultas, alii in illorum ingressi hortos vindemiarunt. nolito enim quisquam existimare, alia ad victum luxuriamque nobis suppetisse: sed, uvis pressatis, vinum habebamus, graveolens illud quidem et foetidum nec valetudini salutare, sed aqua tamen suavius, victumque alium, quin etiam vestimenti aliquid, pretio emta, et si quid praeterea facile et commode parari poterat. at perditii isti Armenii etiam panem nobis inquinavisse dicuntur. nec tamen ea res valebat ad arcedos mendicis a rerum venalium cupiditate. quippe magna mise-

μέτρον γίνεσθαι. τοιοῦτον δὲ τινα μiasμόν διαρρέει φήμη καὶ ἐκ τῶν Λατίνων πάσχειν ἡμᾶς· ἔλαιον γὰρ πιμελαῖς καὶ στέασιν ἐγκατακεραυνύντες ἐγίνοντο τοῖς ἀγαθοῖς Χριστιανοῖς αἴτιοι τοῦ παρανομεῖν τὴν νησιεῖαν τὴν κατὰ τὰς τετράδας καὶ παρασκευάς, ἵνα μὴ μόνον τὴν τύχην ἡμῖν ἀλ-⁵λοιώσωσιν οἷς ἡμᾶς κατεδουλώσαντο, ἀλλὰ καὶ τῇ ἁγίᾳ Θρησκείᾳ ἐμπαροινήσωσιν. ὃ τίς ἂν ἀνύσχοιτο ἐκείνων;

Καὶ ὅτε ἡμεῖς μὲν ἐν τῷ τοῦ μεγάλου μυροβλύτου ναῷ ὕμνους ἱερούς ἐτέλοῦμεν, περισταμένοι τὸν περιώνυμον ἐλεή-¹⁰μονα, οἱ δ' ἐν ταῖς πλαγαῖς τοῦ ἱεροῦ βήματος τὰ ἑαυτῶν ἐτέλουν, ἀντιφωνοῦντες ἡμῖν καὶ τὰς πολίτιδας φωνὰς ὑπερφωνεῖν ἐθέλοντες βοαῖς κορυζώσαις καὶ ἀπηχέσι, πολλάκις δὲ καὶ ταῖς τῶν καθ' ἡμᾶς θείων εὐαγγελίων ἐκφωνήσεσι πρὸς ἕριν οἱ ἀχαριτώτατοι ἀντεπαξυόμενοι, καὶ συγχεόντες οὕτω τὸ εὐτακτον, καὶ τὴν ἱερὰν ἀρμονίαν λύοντες. καὶ ἐλάλησα¹⁵ μὲν εὐλαβῶς καὶ περὶ τοῦδε τῷ κόμητι Ἀλδουίνῳ, εἴ πως γένηται τάξις καὶ μὴ γελῶντο τὰ θεῖα τῇ αὐτονομίᾳ τῶν παρ' αὐτοῦ ἱερέων, ἀνύσαι δὲ ἔσχον οὐδὲν, εἰ καὶ ἄλλως ἐκείνος ἐφύκει ἐν οὐκ ὀλίγοις ἐθέλειν τὰ Ῥωμαϊκὰ τάσσειν ὡς μὴ καταλύεσθαι. ὃς γε καὶ δικαιοπραγεῖν εἴτε προσποιούμενος²⁰ εἴτε καὶ πρὸς ἀλήθειαν βουλόμενος ἐν τε τῷ κρίνειν καὶ κολάζειν τοὺς ὑπαιτίους καὶ ἰσότητα διανέμειν, καὶ μῶλωπι καὶ λοιπαῖς αἰκίαις, ἀλλὰ καὶ σκόλωπι τῶν τινᾶς κακούργων

ria est, rebus, quibus opus est, excludi, nec nisi prorsus necessaria adipisci. similem autem contaminationem fama est etiam a Latinis nos passos esse. namque oleo adipem et pinguedinem immiscentes auctores exstiterunt piis Christianis violandi ieiunii, ut non solum salutem nostram victoria sua everterent, sed etiam insultarent religioni divinae. quis, quaeso, est, qui talia sustineat?

Quum in templo sancti unguenta exsudantis Nicolai sacros hymnos cantarem, circumstantes imaginem misericordiam gloriosam, illi, in lateribus altaris obliquis sua peragentes, obstrepabant nobis, vocesque urbanas superare conabantur clamore barbaro et dissono, saepe etiam sancti evangelii recitationem nostram ambitiose et maligne interpellabant, ordinem ita confundere et sacrum concertum turbare conati. atque modeste equidem de ea re collocutus sum cum Alduino comite, nam forte ordo servari et sacra nostra a sacerdotum Latinorum insolentia et ludibrio defendi possent; sed obtinere nihil potui, quamquam ille ceteroquin in rebus haud paucis rem Romanam bene constituere velle videbatur, ut ne periret. qui certe iustitiae sive se fingebat amantem, sive amans erat revera, siquidem non solum levioris delicti reos iudicabat puniebatque, verberibus et contumeliis aliis iustitiam exercens,

τιμαῖσθαι, καὶ τῷ τοῦ ἁγίου τάφῳ ἄργυρον καὶ χρυσοῦν ἐχο-
 ρήγησε τὸν ἀρκούντα εἰς ἀναποίησιν τοῦ ἐλλείψαντος· καὶ
 βίβλους δὲ, εἰ καὶ μὴ τὰς ἀφρηγμένας καὶ οὐδὲ πάνυ τι εὖ-
 χρήστους, ἀλλ' οὖν ὅσας εὐηρεστήθη, ἐφιλοτιμήσατο δοῦναι·
 5 καὶ πῆγματα δὲ κηρῶν ἀργύρεα μεταφορητὰ ἐν ἱεραῖς εἰσό-
 δοις, λόγου ἄξια, ἐχαρίσατο· καὶ ἡμῖν δὲ τινα ζωορκῆ ἐπέ-
 νειμε σὺν γε καὶ βίβλοις, ἃς οὐτι λίαν ἐποθοῦμεν, καὶ εἰκο-
 νίσματα θεῖα, ὧν τὰ πεφροντισμένα τοῖς ἔκεινον ἡμεῖς αὐθις
 ἐπεμερίσαμεν, αἰτηθέντες καὶ μὴ ἔχοντες ἀπαρηγήσασθαι, ἔτι
 10 δὲ καὶ ἱερά ἐπιπλά (μὴ γὰρ κρυπτέον τὸ ἀληθές), ἐξ ὧν
 ἐπικοσμήματός τι πολλαῖς τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν διεμοιρα-
 σάμεθα.

Τοῦ δὲ κόμητος τούτου ἐκεῖνο μάλιστα τὸ καλόν, εἰ καὶ
 ἄλλως εἶχέ τι καὶ κακὸν συμμιγές, παρὰ καὶ καλῷ κακὸν θε-
 15 μένης τῆς φύσεως, κρατῆρος τοιοῦτον κερασαμένης αὐτῷ. εἶχε
 μὲν γὰρ τὸ Λατινικὸν ὑπούλωσ περι τούτους καθ' ἡμᾶς, καὶ
 συχρὸν αὐτοῖς ὑπ' ὀδόντας ὡς ἀνάθεμα τοῖς μὴ κατὰ τὴν
 ἡμέραν τῆς ἀλώσεως ἔπαν τὸ πολιτικὸν κατασφάξασι, καὶ τὸ
 διὰ τί κεφαλαὶ τοιούτοις ἐπικάθηται σώμασι; καὶ ὅτι τὸ
 20 τούτων αἷμα οὐ ποιεῖ σύγκρασιν πρὸς τὸ ἡμέτερον, καὶ ὅτι
 παρακλητεύσομεν τὸν ῥῆγα, καὶ πεσοῦνται μὲν πάντες οὗτοι,
 ἀντεισοικισθήσονται δὲ κατὰ μόνας Λατῖνοι, καὶ οὕτως ἔπαν-

1. τιμωρεῖσθαι? 15. κρατῆρα? 18. κατασφάξωσι T

sed etiam sceleratos quosdam ad palos damnabat. idem sancti no-
 stri sepulcro aurum et argentum suppeditavit, quod satis esset ad
 damna sarcienda; libros etiam, non ablatos quidem nobis aut omni-
 no utiles, sed quibus ipse delectaretur, ambitiosius largitus est, ly-
 chnuchosque argenteos, qui in sacris pompis circumferuntur, haud
 vulgares donavit. nobis idem tum alimenta quaedam librosque ob-
 tulit, quos non admodum desiderabamus, tum sacra simulacra quae-
 dam, e quibus tamen diligentius elaborata ipsi rursus illius concen-
 simus popularibus, quibus rogantibus recusare haud liceret; praeterea
 suppellectilem sacram (neque enim celandum est, quod verum est),
 unde ornamentum aliquid multis ecclesiis distribuimus.

Huius igitur comitis illud in primis laude dignum erat, etiamsi
 habuit etiam nonnihil mali admixtum a natura, quae bonis iungere
 solita mala, talem illi craterem miscuerat. namque Latini subdole
 nobis insidiabantur, et perniciem fremebant, si qui die illo, quo urbs
 expugnaretur, non civitatem universam trucidassent, murmurabant
 que "quid istis hominibus caput in trunco est? haud miscetur isto-
 rum sanguis cum nostro sanguine; regem rogabimus, peribunt omnes
 isti, Latini in locum eorum soli succedent: ita demum omnia bene

τα καλὰ ἔσονται. οὐκοῦν ἀκόλουθοι τούτοις ἀπειλαὶ καθ' ἡμῶν καὶ ῥίπισμα ὅσαι ὄραι τοῦ κατὰ τὸν κόμητα θυμοῦ ἐκ διαβολῶν, καὶ ἀναφώνησις τῶν ἐνδιαβαλλόντων πρὸ αὐρίων, αὐρίων, καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ λαὸς ἅπας ἐνθὺς περὶ ἡμῶν. καὶ ἦν ἀνάγκη κοπιᾶν καὶ λαλεῖν, καὶ ἐποιοῦμεν οὕτω συχνά, πο-5 λυτρόπως πονούμενοι. καὶ Θεοῦ χαριτοῦντος ἐπέιδομεν, καὶ τοῦτο πλειστάκις διὰ τὸ τὸν ἄρχοντα ῥέπειν ἐκεῖσε· καὶ οὐ πρῶτῃν ἀνήκαμεν, ἕως τὸ τελευταῖον παντοῦ (οὐ λέγω τὰ εἰς ὀμιλίαν ἀλλὰ δημογορίαν) γενόμενοι καὶ δικαιολογησάμενοι καὶ οὐδὲ κολακείας ἀπεσχημένοι καὶ χαριεντισάμενοι, καὶ 10 ἐμβριθῶς δέ τι λαλήσαντες, καὶ μεμψάμενοι μὲν τὴν τῶν συγκλύδων Λατίνων δεινότητα, ἔπαινον δὲ τῶν Θεσσαλονικέων προενεγκόντες καιρίων, καὶ ὄλωσ τούτους λόγους πολυειδῶς ἀρ-μοσαίμενοι καὶ οἰκονομήσαντες πρὸς ἀνθρώπους ἀγρίους κατὰ τι ἀμυδρὸν ἀπήχημα γραφικῆς ἐλέγξεως καὶ ἐπιτιμήσεως καὶ 15 παρακλήσεως, οἱ καὶ κατὰ καιρὸν εἰρήνης ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ἄτολμοι ὄντες ποιεῖν τὰ εὐαγγελικὰ εἰς ἄκρατον, ἵνα μὴ πά-σχοιμεν ἀβούλητα, ἐβειβιώσωμεν τὸν ἄνδρα, καὶ εἰς ἔμπειδον καταστήσαντες περιηγάγομεν διομόσασθαι ἢ μὴν μηκέτι φό-βον ἐπαρτηθῆσεσθαι φόνον ἢ τινος ἐτέρου κακοῦ τοῖς ἕλω-20 κόσι. καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἀνεπαυόμεθα, εἰς ὅσον ἦν ἐγχώροῦν. ἐνεχώρει δὲ μὴ εἰς τὸ πᾶν παρὰ γε τοῖς οὕτω μισορωμαίοις Λατίνοις.

habebunt." his igitur similes minae adversus nos iactantur, sufflaturque perpetuo calumniis animus comitis, declamaturque a calumniantibus: "cras, cras, et populus dei universus illico nobiscum erit." ergo necesse erat concedere et verba dare, fecimusque ita, varie laborantes; atque gratia dei persuasimus illis, idque plerumque eo, quod princeps huc inclinaret; nec mox destitimus, sed usque ad finem perseveravimus, varie nos (non dico in sermonibus, sed in concionibus) vertentes, litigantes, ne ab adulatione quidem abstinentes, morem gerentes, nec vero nihil graviter dicentes, vituperantesque multitudinis Latinae insolentiam, Thessalonicensium autem opportune laudes serentes, denique orationem varie componentes et conformantes coram genere hominum feroci, ad exemplum quasi quoddam actionis, accusationis et admonitionis iudicialis, etiam in pace inter nostros parum audaces ad urgenda vehementius praecepta evangelii, ne pateremur, quae nolle-mus: ita igitur confirmavimus hominem, confirmatumque eo perduximus, ut iuraret, nunquam captivis periculum mortis vel alius calamitatis subeundum fore. post haec requiescebamus, quantum licebat. licebat autem nihil omnino inter vehementissimos illos Romanorum inimicos Latinos.

Ἄλλ' ἐπανιτέον πάλιν ἐκ τῶν τοῦ κόμητος ἐπὶ τὰ πρό- 300
 τερον, διχῆ διηρημένων τῶν κατὰ βίον εἰς τε τὰ καθ' ἡμέραν
 καὶ τὰ νθητερα. αἱ μὲν ἡμέραι ἡμῖν ἐψεύδοντο τὸ ἡμερον
 διὰ τὴν ἐν τοῖς Λατίνοις ἀγοριότητα τὴν ἀμυδρῶς ὑπολαλη-
 5 θείσαν, οἱ μὴ χωρητὸν αὐτοῖς καὶ ἡμῖν τὸν κόσμον εἶναι
 κρίνουσι· συναντῶντες γοῦν κατέπτυνον, ᾤθουν, ἐσκελίζον,
 κατέβρεχον ὕβρεις. συχνὸν ἦν αὐτοῖς ὡς εἰς ἐπιφθὸν τὸ
 “ἐλθέ, Καλοῖωάννης.” μυκτῆρ οὗτος ὡς ἡμῶν ἐν τῇ πολιορ-
 κίᾳ γαυρουμένων μικρὸν ὄσον τὸν βασιλέα Ἰωάννην ἐλθεῖν
 10 ἡμῖν ἐπίκουρον. εἰ δέ τις τῶν συναιχμαλώτων πεζῆ τὴν
 λεωφόρον τρίβει (τίς δὲ οὐ τοιοῦτος τότε; ὅτε καὶ ἡμεῖς
 ἐπάσχομεν οὕτω, κατάκοποι καὶ τὰ σκέλη παράφοροι καὶ τε-
 ταραγμένοι καὶ σεσαλευμένοι κατὰ μεθύοντας), εἰ τοίνυν οὐ-
 15 ἔριππον, οὐκ ἂν ἐκεῖνος φείσαιο καταπατῆσαι καὶ συντρίψαι
 τὸν ἄνθρωπον, κεντρίζων τὸν ἵππον εἰς κατασκήρυγμα. οὐ-
 τως ἐφίλουν ἡμᾶς οἱ ἄνθρωποι, συχνὰ πρὸς πάντα λόγον
 καὶ πρὸς πᾶν ἔργον προῖσχύμενοι εἰς δικαίωσιν τοῦ κακουρ-
 γεῖν τὸ ἀπὸ σπάθης ἡμᾶς ἐλεῖν, οὐκ ἀνθρώπινα λαλοῦντες,
 20 ἄλλ' ὡς εἰ καὶ λέων ἄγραν ἐλὼν ἐθέλει διασπᾶν αὐτὴν οὐχ
 ὅτι πεινώη καὶ ποθοῖτῃ σάρκας, ἀλλὰ δικαίῳ τοῦ συσχεῖν αὐ-
 τὴν ὄνυξιν. οὐκ ἦν ἐπὶ τούτοις οὐδὲ ὑποστένειν ἡμᾶς, οὐ-

Sed revertendum est a rebus comitis ad priora. sunt autem, quae ad vitam pertinent, bipartito distributa, in diurna et nocturna. ac diurnum quidem tempus spem tranquillitatis diutinae propter Latinorum occulte frementem ferociam, qui terram simul nos et ipsos capere negabant: unde obvius conspuebant, tundebant, supplantabant. frequens illis ista quasi cantilena erat “veni, belle Ioannes.” ludibrium illud erat, quod inter obsidionem insolentius iactassemus, pusillum nobis auxilio venturum imperatorem Ioannem. si quis autem e captivis pedes in via deambulet (quis autem tunc non ibat pedibus? quod et ipsi experti sumus, fracti, vacillantes, turbati, vertiginosi tanquam ebrii); si quis igitur ita deambulet in in via angustiore, et Latinus aliquis forte equo praeterveheretur, haud ille abstenturus erat, quominus conculcaret et elideret hominem, equo ad saltus ferocios stimulando. ita isti nos amice habebant, in omni semper sermone et facinore ad purgandam violentiam praetendentes, quod vi capti essemus, haud humana loquentes, sed plane ita ac si leo captam bestiam lacerare velit, non quod esuriat et carnes appetat, sed iure suo, quippe qui unguibus illam teneat. verum ad haec ne suspirare quidem, aut vultu tristi esse nobis licebat, quae tamen fluctibus calamitatum oppressi ad levandam animi

